



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

303. feria 3. de Prudentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

534 *Feria 2. Domin. 19. post Pentecost.*
nis nostræ opus, quod semel assumptis. Per
tam cum eodem in disciplina perseverare.

Conf. 1. Perseverantia est virtus, quæ est
affectu bonum continuandi in bono ad fi
nem persequimur, & diuturnas molestias to
leramus.

Conf. 2. Incitamenta 1. sine perseverantia
labor in virtute susceptus, debitâ mercede
vacuatur. 2. Perseverantia quod petit, impe
trat. *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi
coronam vitæ.* 3. *Perseverantia sola meretur
viris gloriam, coronam virtutibus,* inquit D.
Bernardus Epist. 229. 4. Exemplo Christi, in
quacunque actione usque ad ejus finem per
fectum perseverantis. a Samaritana ad fon
tem derelictus fuit, eam tamen persequaba
tur, usque dum suis instinctibus redue
cum alijs ad se reverteretur.

Conf. 3. Actiones ejus. 1. Laborem virtu
tis diuturnum tolerare. 2. Non obstante la
bore continuare opera virtutum. 3. Nec
amore vitæ, nec timore mortis, nec minis,
nec promissionibus, quod fecit Susanna à
rectitudine superari.

MEDITATIO CCCIII.

Feria 3. Domin. 19. post Pentecost.

De Prudentia.

Aspiciam Dominum IESVM perficien
cam

Feria 3. Domin. 19. post Pentecost. 535

tem dono prudentiæ intellectum humanum, quo velut auriga in moralibus regitur virtutis studiosus. Petam eam obtinere.

Conf. 1. Prudentia est virtus, quâ proposito nobis sine virtutis, media ad illum consequendum per cōsultationem inquirimus, & per iudicium invenimus, & per præceptum efficax executioni mandamus.

Conf. 2. Incitamenta. 1. Virtutes sine prudentia decorem perdunt, & ex statu virtutis in vitia delabuntur. 2. Homo sine prudentia in periculo casus manifeste versatur, & cæcus est sine luce. 3. Regnum cœlorum decem Virginibus cōparatur, quarum quinque prudentes. 4. Exemplum Christi, nos à visibilibus ad invisibilia tam suaviter evocans, futura prævidere docet, proponendo malos exitus, proponendo regnum cœlorum, proponendo omnibus penitentiam, in tentatione erat cautissimus, ac solers, noluit se in impertinentia unquam ingerere, cœlum terræ præponendum docuit, & restemporales cum ipsa vita pro cœlestibus negligendas, docuit nos morali certitudine in rebus humanis contentos esse debere, latuit triginta annis, ut prius exempla exhiberet, quàm doctrinam: mundo manifestatus dies conversationi dabat, noctes orationi, elegit primò Apostolos, deinde Discipulos, Apo-

536 FERIA 3. DOMIN. 19. POST PENTECOST.
Stolos ex duodecim tribub⁹ Discipulos septua-
ginta duos, quia totidem gentibus Evange-
lium prædicandum erat Beda in Luc. cap. 8.
In quas initio confusionis in turri Babel
mundus divisus fuit, eosque primò misit in-
ter Iudæos, quibus promissus erat Christus,
deinde ad gentes ex sola misericordia, can-
dem ipse sequebatur; prudens in loquendo,
sermonem aliorum ad divina flectens, non
nisi de Deo loqui sciebat. Prudens in tacendo,
plus tacuit, quàm locutus, tacuit ad annum
duodecimum, deinde octodecim annis, dum
subditus esset Parentibus, deinde quadra-
ginta diebus convivens bestiis tacuit, tacuit
& tempore Passionis.

Conf. 3. Actiones. 1. finem totius vitæ
ad beneplacitum Dei, & assecutionem bea-
titudinis attentè respicere, & in quocunque spe-
ciali negotio virtutis proprium finem intue-
ri. 2. De medijs ad finem per divinas leges
consultare, ea à Deo postulare, meditatione,
& aliorum consilio uti, nec sibi ipsi multùm
fidere. 3. In consultatione mala & inutilia à
bonis, & utilibus secernere, considerato statu
nostro, virium mensurâ. 4. Quæ fini con-
gruentiora sunt præeligere. 5. Volun-
tatem ad Electorum executio-
nem efficaciter infle-

tere.

MEDI.